

H
B
18
14(114)

BEATISSIMÆ VIRGINI A SALVATORE.

*Suæ quondam Palladi
Dicare literarum munera vana consuevit superstítio;
Reclius Tibi meas nuncupo Theses,
Magna Dei Mater,
De qua ille est natus,
In quo sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae Dei.
Liber generationis JESU Christi cum sis,
In Te sine voce, & scriptura
Inscriptus ipse Deus, & Verbum per diem legitur.
Non aliam in terris sapientia ædificavit sibi domum,
Præter Te,
Ubi Dei Filius tanquam in Sole posuit tabernaculum suum.
Primos igitur mei studij flores ad Jeffæam Virgam pronus appendo,
Facturam Tesperans,
Ut sint ope Tua flores mei fructus honoris, & honestatis.
Cum de instituendis heredibus Theses agant,
Merito Tibi fisti debuerant,
Per quam hoc magnum habuimus, ut filii nominemur, & heredes,
Heredes quidem Dei, coheredes autem Christi.
Immortalis animus
Mori quanvis non possit;
Affectus tamen in Te mei heredem Te ex aſſe vellet,
Neque sibi quidquam relinqueret,
Quod Tibi non cederet in obsequium.
Alienationem præterea Iudicij propugnaturus
Ne alieno, aut alienato judicio
Contraria meis Thesibus judicia
Repellere videar,
Tuo sub patrocinio
Non raro gratis, sed plerumque ut venali
Ad obsequiis emendum exposito
Certamen ingredior,
Tu vero defensionem meam conspice,
Dum me felicem voco,
Et fausta adeo
Cecidit ſors super Mathiam.*

D. V. & C.

B E A T I S M E
A N D R E A S
B A L V A T O R E

M A T H E W
A G O D A Y
P R I C O L L
C O M P A S S
V A G A C

PRO PRIMO
LITERARUM EXAMINE SUBEUNDO
CÆSAREAS
CONCLUSIONES,
DEDUCTAS

E X
ELEGANTISSIME, AC. SUBTILISSIME, PARITERQUE
acutissime notatis ad auream, ac perutilem materiam tit. Cod.
lib. 6. de Heredibus Instituendis, & quæ personæ institui
non possunt; & ad materiam tit. ff. de Alienatione Ju-
dicij mutandi causa facta;

P R A E S I D E
NOBILISSIMO, AC SAPIENTISSIMO DOMINO D.
GIRALDO PEREYRA
COUTINHO,

JURIS CÆSAREI INTERPRETE VESPERARIO PRÆACUTIS-
simō, in Supremo gravaminum Senatu Senatore Regio, Regali olim in Collegio
Collega vigilantissimo, sēpiusque Rectore emeritissimo, cuius virtutis
radiis Cælum coruscat Academicum, cuius Sapientiæ fulgoribus
astrorum clariores obumbrantur,

Defendendas sistit, ac proponit

MATHIAS JOSEPHUS
A GOUVEA E QUEYROS

Suo quinto Juris Civilis anno, die 3. Martij hora 3.

PRINCIPALITER DISPUTABITUR:

Utrum Contractus emptionis, & venditionis sit vera, & propria
species alienationis? Affirmative.

12
PRAEPRIMO
LITERARUM EXAMINE SUBEUNDIS

CETERAS AREAS
CONCILIATIONES
DEDUCTAS

EX ELEGANTISSIME AC SUBTILISSIME PARITERQUE
MIG. de Hesquetus iustitiae & dux bellicos iustitiae
non pergit ad tristitiam nisi ut de Aeneis
NOBILISSIMO AC SAPIENTISSIMO DOMINO D.

GIRARDIOPERRY

JOACHIMUS SARBI INTERPRETE VENETIARIO TERRAEGNAVE
12 Attenuo hinc satiro, suffisoque qd
13 Hollaeas dicitur in Llino, lalibidinae Regio, a multis in Cilliis
14 Diffinitus est quodammodo hinc dicitur, quodammodo quodammodo
15 Sono dimisit his civiliis anno, die 3. Martij post 3.
16 AGONAE ET GÆRIOZ

PRINCIPALITER DISPUTABITUR:
17 Utrum Contraq[ua]ntus emptionis, q. coniunctioni fit causa, q. proficia
18 Alictioq[ue] q[ui]am Remissione, remittitur.

19 Alictioq[ue] q[ui]am Remissione, remittitur.

20 Alictioq[ue] q[ui]am Remissione, remittitur.



- I NSTITUTIO heredis est præcise necessaria ad validitatem testamenti.
- 2 Etiam de Jure nostri Regni requiritur institutio heredis, ut testamentum subsistat.
- 3 Institutio heredis non potest fieri in codicillis.
- 4 Testamentum ad pias causas factum nequit subsistere sine heredis institutione.
- 5 Neque testamentum patris inter liberos judicamus validum absque institutione heredis.
- 6 Licet testamentum militis sit in jure maximopere privilegiatum, attamen sine institutione heredis nequit subsistere.
- 7 Testamentum patris inter liberos valet de jure novo ut testamentum ex sola institutione heredis, licet de jure antiquo solum tanquam ultima voluntas firmatatem haberet.
- 8 Etiam de jure novo reciso testamento per querelam in officiosi testamenti sola institutio infirmatur; cætera namque firma permanent.
- 9 Circa etymologiam hujus nominis -heres- diversi diversa opinantur, nos tamen eam deducimus ab hero.
- 10 Divisionem heredis in necessarium, suum, & necessarium, & extraneum, ad æquatam esse contendimus.
- 11 Gerundium- instituendis- quod defumitur à verbo- instituere- positum in nostra rubrica accipitur specificè, seu stricte pro institutione heredis in primo gradu.
- 12 Verbum- instituo- proprie, & stricte sumptum discriminatur à verbo- substituo.
- 13 De jure antiquo institutio heredis in principio testamenti scribi debebat, ita ut si legata, & libertates prius scribebentur, nullatenus subsisteret, quantumvis institutio heredis firma permaneret.
- 14 Inspecta nova Imperatoris Justiniani Constitutione, heredis institutio in quaunque parte testamenti fieri potest.
- 15 Attento jure antiquo, institutio heredis verbis directis, & imperativis fieri debebat.
- 16 Exoritur tamen dubium: Utrum olim institutio heredis posset fieri per hæc verba- Titium heredem instituo? Minime gentium.
- 17 His verbis- Titium heredem esse jubeo- olim institutio heredis inducebatur.
- 18 Difficilis quæstio exoritur: Utrum scilicet verbum- Lego- adjunctum universitati bonorum sufficeret olim ad inducendam heredis institutionem? Negantum placito assentimus.
- 19 Tam attento antiquissimo legis duodecim Tabularum, quam mediæ Jurisprudentiæ tempore, unicuique licitum erat per verbum- Lego- legata relinquere.
- 20 Post novam Imperatoris Constantini Constitutionem quibuscumque verbis heredis institutio fieri potest; quam decisionem non utcumque, sed cum sua salis mica debes accipere.
- 21 Non facilis disceptatio est: Utrum testator in articulo mortis constitutus balbutienti lingua nihilominus heredem instituere possit, si verba proferat intelligibilia? Non difficile erit affirmandum.
- 22 Hoc loco pullulat elucidanda quæstio: an induci possit heredis institutio, quando testator uno verbo respondet ad interrogata? Ut plenius, & plenius proceda, sub duplice assertione rem enucleo.
- 23 Assertio prima: Si testator interrogatus de quo instituendo, respondeat- Titium- v.g. inducitur vera, & propria institutio.
- 24 Assertio secunda: Si testator interrogatus in hac forma- instituis me, vel Titium here-

- em heredem instituis? Respondeat sic etiam inducitur institutio.
 25 Si testator in hujusmodi dispositione Lucius heres esto omittat verbū esto vel
 verbū heres semper ex testantibus verbis resultat, & inducitur heredis institutio.
 26 Si in dispositione testatoris solum reperiatur hoc verbum Lucius ex eo solo inducitur heredis institutio, si ex aliis testamēti verbis liqueat testatoris intentio.
 27 Si integra verba institutionis à testatore nuncupata fuerint, & scribentis errore aliqua omittantur, solumque nomen Lucius scriptum reperiatur, adhuc vera inducitur institutio heredis
 28 Famosa modo resultat disputatio: Utrum scilicet verba contumeliosa, seu injuria adjecta in institutione heredis vitient ipsammet institutionem? Placet nō affirmare.
 29 Verba contumeliosa in legato apposita illud non vitiant.
 30 Exhereditatio per verba contumeliosa facta valet.
 31 Testes in testamento nuncupativo debent perse, & non per interpretem dispositionem intelligere.
 32 Resolvimus institutionem heredis quacumque lingua scribi posse post Imperatoris Constantini Constitutionem.
 33 Interrogabis: an institutio heredis per nutus fieri possit? Negamus.
 34 Ex nova Justiniani Cōstitutione mutus, & surdus, qui literas sciunt, absque Principis licentia testamentum condere possunt.
 35 Utrum vero fideicommissum nutu relinqui possit? Affirmando veritatem sequimur.
 36 Neque in testamento ad pias causas factō heredis institutio nutu fieri potest.
 37 Jam se se offert difficultas ventilanda: Utrum scilicet institutio heredis ex conjecturis valide inducatur? Negantum vestigia sequimur.
 38 Neque similiter in testamento inter liberos institutionē heredis induci non posse ex conjecturis.

AD JURIS CONS. PAULUM LIB. 32. AD EDICTUM IN
l. i. in principio, & §. ideoque ff. de rerum Permutatione.



- 1 PERMUTATIONEM esse veram speciem alienationis, assen-
 2 riimus.
 3 Permutatio est contractus realis, qui rei interventu perficitur.
 4 Permutatio rei dotalis, sicut alienatio, ex lege Julia prohibetur, deficiente mulieris consensu.
 5 Decuriones possunt prædia sua permutare absque decreto Prætoris, quanvis per viam regulæ eis prohibita sit alienatio sine decreto.
 6 Permutationem rei alienæ aliquo sensu, & juris respectu valere concedimus.
 7 Permutari non posse servum fugitivum, interim dum est in fuga, defendimus.
 8 Permutari non possunt res Ecclesiæ, sicut nec alienari sine debitissimis solemnitatibus à jure requisitis.
 9 Emphyteuta non potest emphyteusim alienare, sicut nec permutare absque domini directi consensu, attento nostro jure regio.
 10 Contractus emptionis, & venditionis inter alienationis species numerari autem amamus.
 11 Em-

- 11 Emptio, & venditio est contractus, qui consensu perficitur.
 12 Circa rem alienam celebrari posse venditionem defendimus.
 13 Vendita re aliena, si ab emptore amittatur, ad eam recuperandam actionem publicanam concedimus.
 14 Rei sacræ, religiosæ, & similiū, quæ sunt extra commercium, invalidam esse vēditionem asserimus, aliquem tamen effectum producere cum ignorantē celebratam bona fide.
 15 Maritus constante matrimonio res dotales vendere nequit.
 16 Servitutes, & actiones, cæteraque jura incorporalia vendi possunt, & in contractum adduci.
 17 Res Ecclesiæ vendi non posse absque debitissimis solemnitatibus, & invalidam esse venditionem sine illis celebratam, affirmamus.
 18 Confessio Prælati de pretio recepto circa venditionem rei Ecclesiæ invalidam Ecclesiæ non prejudicat.
 19 Contractus mutui est vera, & propria species alienationis.
 20 Pupillus absque Tutoris autoritate non potest mutuum celebrare.
 21 Furiosus non potest res suas alienare, nec dare in mutuum.
 22 Tutor potest pecuniam pupilli dare in mutuum; & idem dicimus in Curatore minoribus 25. annorum.
 23 De natura contractus mutui est, quod eadem res mutuata restituatur in genere.
 24 Circa res alienas non potest mutuum celebrari.
 25 Filius familias, qui administrationem peculij habet, potest res ipsius peculij in mutuum dare.
 26 Ex contractu mutui posse duos reos debendi constitui non dubitamus.
 27 Creditor potest pecuniam sibi debitam ex manu proprij debitoris alicui tertio dare in mutuum.


CONIMBRICÆ

Ex Typographia in REGALI ARTIUM COLLEGIO Soc.
JESU, Anno Domini 1718.



CONCLUDING

REGULI MARCHIUS COLLEGI 295
JESU' VERO DOMINI 1718.





18 X